I/206.
~~231~~

S. Quàm grata fuerint mihi lrã tuę Vadiane doctiss. tute perpendas velim, qui scis quo animo acceptus sit, siquid ab amico et optimo, & amiciss. tale acceperit, quale tu commisisti. Solent huiusmodi committi res nõ extremis in amicitię albo meo quidem iudicio, nam nemo lubens pro se, tanto pro aliis, subit tale negociũ, quapropter nõ committitur, nisi his, qui ipsi facerent si scirent acceptũ esse, etiã si non iuberentur. Quicqd igitur est quod mãdasti liberiss. feci plurimum gaudens quod eũ me iudicasti, cui isthęc committerentur ut fierent. Ideo sic res acta. Adiuimus statim ut lrã tuę reddita sunt hõiem, invenimus placidũ, atq; debitũ agnoscentẽ, promittentẽ autẽ (si quoquo pacto nummi possent corradi) ante finẽ Helvetici conventus sese daturũ quod petieramus. Finis brevior erat, q̃ putaveramus, quãobrẽ nihil tunc ad te missũ. Statutũ fuit rem peractũ iri ad proximũ conciliũ, et hoc tam breve fuit, ut nihil peregerimus. Interim hic tabellarius ad nos venit à casu. Qm dũ audiuimus municipẽ tuũ, et recta via istuc iturũ, iterũ hõiem convenimus, qui respondit bona fide intra quatuordecim dies se pecuniã debitã missurũ. His dictis digressi sumus ab eo. Faciã ego interea temporis quę mea sunt. Sed de hac re satis, spero .n. te brevi solutũ iri. Ne ante hoc nescias. Res omnis agitur cũ defuncti fratre, nã & pater mortuus est. Et quod solutio tam protrahitur, in causa est pr̃is Mutiis prodigalitas, quam nunc filius invitus absolvere cogitur. De commentario in Melã audivi, te adornare nouã impressionẽ, vide ut & brevi, et locupletatã habeamus. Non .n. mediocri gaudio ipsam expectamus. Tum & aliud quidpiã in manib. te hẽre rumor ad nos advexit, illud quoq; quicqd est velimus in lucẽ gratiss. prodire, confido .n. est nihil esse, nisi quod et usum habeat, & iucunditatẽ. Cæterũ quod de lris scripsisti frequenter missitandis, fac ut perficias, nihil namq; potest mihi gratius evenire. Accepi hoc diẽ, quo hęc scripsimus, lrãs à Glareano nr̃o, nihil nõ boni de Vadiano continẽtes. Opto ut nos ambo lumina Helvetię nr̃ę feliciss. et diutiss. nobis superstites sitis. Vale erudistiss. amice. Et me ama, imo redama, nã mire [illegible] Conradus tibi de Livio dixi [illegible] faciat [illegible]

Clariss. uiro atq; Doctiss.
Joachimo Vadiano Ora-
tori, Poëtae, & Me-
dico. obſeruãdo
ſuo amico.

In Sancto Gallo.